



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

III. Die Markgrafen Otto und Konrad sichern, nach vorgenommener Vermessung der Feldmark des Städtchens Potzlow, ihm deren unverkümmerten Besitz und völlige Steuerfreiheit zu, am 3. Oktober 1287.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

quam futuri, Quod nos venerabili domino Hermanno, Caminenfi Episcopo, confagwineo nostro dilecto, et ecclesie sue Caminenfi tredecim mansos sitos in villa Walmow dimisimus a qualibet exactio-  
ne, petitione, jure, precaria liberos proprietatis titulo perhenniter possidendos, Renunciantes omni  
juri, quod in eisdem mansis dinoscimur habuisse, et in restaurum viginti talentorum, que prefato  
Episcopo et ecclesie sue dare annis singulis tenebamur. In cujus rei perpetuum testimonium et cau-  
telam presentem paginam conferibi fecimus et Sigillorum nostrorum appensionibus communiri, adhi-  
bitis nichillominus testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: Bertramus de Bentz, Johannes  
de Steghelitz, Borco, Otto pincerna, Johannes de Molgin, milites, et quam plures alii  
fide digni. Actum et datum Torgelow, anno dominice incarnationis Millefimo ducentesimo octua-  
gesimo tertio, idus (sic!) Januarii, per manum domini Johannis de Brunzwick, nostre curie notarii.

Nach einer vom Original genommenen Abschrift in Beckmann's Sammlung.

III. Die Markgrafen Otto und Konrad sichern, nach vorgenommener Vermessung der Feldmark  
des Städtchens Pozlow, ihm deren unverfümmerten Besitz und völlige Steuerfreiheit zu,  
am 3. October 1287.

In nomine domini Amen. Nos Otto et Conradus, Dei gratia Marchiones Bran-  
denburgenses, Omnibus hanc litteram videntibus salutem in Domino sempiternam. Mutabilium  
temporum successus labilis frequenter gesta hominum duceret in irritum et innane, si non voce te-  
stium ydonea et litteris autenticis reciperent firmamentum. Notum facimus igitur univerlis per  
presentes, Quod cum nos in civitate pozlaw et in Campis ipsius mensuram fieri jussissemus, Bur-  
genes eiusdem Civitatis dederunt et solverunt nobis triginta et octo marcas, quas accepimus, Quod  
Campi five mansi dicte Civitati adjacentes et universa infra metas five distinctiones ejusdem postea  
non debent nec debebunt a nobis seu a nostris successoribus ullo tempore distributionis funiculo —  
dimetiri. Debet etiam hec eadem Civitas, utpote in hunc diem existit, semper libera ab omni fore  
precaria et ab omni exactioe — nec id debet ullatenus immutari. Predicimus preterea, Quod si  
filius Domini Hieronimi de Beentz quondam bone memorie, viam carnis, quod ablit, exple-  
uerit, nihilominus dicta ciuitas libera ab omni precaria perpetuis temporibus permanebit, nec id, si  
ad nos predicta civitas venerit, immutabimus ullo modo. In horum siquidem evidens testimonium  
ac cautelam presentes fieri jussimus ac sigillorum nostrorum appensione communimus. Testes huius  
rei sunt Dominus Hinricus de Wildenhagen, Heyderus de Beentz et Dominus Johan-  
nes de Sparrenwalde et alii plures fide digni. Actum ac datum Prinzlaue, Anno Domini  
M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXXVII<sup>o</sup>, V<sup>o</sup> Non. Octobris.

Nach einer vom Original genommenen Abschrift in Beckmann's Sammlung.